

## *Ordinarium Missae*

Libera nos, quaesumus, Domine, ab omnibus malis, da propitius pacem in diebus nostris, ut, ope misericordiae tuae adiuti, et a peccato simus semper liberi et ab omni perturbazione securi: expectantes beatam spem et adventum Salvatoris nostri Iesu Christi.

**Quia tuum est regnum et potestas et gloria in saecula.**

Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccata nostra, sed fidem Ecclesiae tuae, eamque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

**Amen.**

Pax Domini sit semper vobiscum.

**Et cum spiritu tuo.**

Offerte vobis pacem.

AGNUS DEI

**Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: miserere nobis.**

**Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: miserere nobis.**

**Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: dona nobis pacem.**

*Celebrans, inclinatus altari, dicit submisse:*

Dómine Iesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris, cooperánte Spírítu Sancto, per mortem tuam mundum vivificásti: líbera me per hoc sacrosánc-tum Corpus et Sánguinem tuum ab ómnibus iniquitátibus meis, et univérsis malis: et fac me tuis semper inhaerére mandátis, et a te numquam separári permíttas.

*Vel:*

Percéptio Córporis tui, Dómine Iesu Christe, non mihi provéniat in iudícium et condemnatió-nem: sed pro tua pietáte prosit mihi ad tutaméntum mentis et córporis.

*Et ostendens hostiam frantam populo, dicit:*

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Beati qui ad cenam Agni vocati sunt.

**Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo et sanabitur anima mea.**

Corpus Christi.

**Amen.**

POSTCOMMUNIO

Oremus ....

**Amen.**

RITUS CONCLUSIONIS

Dominus vobiscum.

**Et cum spiritu tuo.**

Benedicet vos omnipotens Deus, Pater et Filius et Spiritus Sanctus.

**Amen.**

Ite, missa est.

**Deo gratias.**

RITUS INITIALIS

INTROITUS

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

**Amen.**

Dominus vobiscum.

**Et cum spiritu tuo.**

Fratres, agnoscamus peccata nostra, ut apti simus ad sacra mysteria celebranda.

**Confiteor Deo omnipotenti et vobis, fratres, quia peccavi nimis cogitatione, verbo, opere et omissione: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, omnes Angelos et Sanctos, et vos fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.**

*Vel, ad libitum:*

Miserere nostri, Domine.

**Quia peccavimus tibi.**

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.

**Et salutare tuum da nobis.**

Misereatur nostri omnipotens Deus et, dimissis peccatis nostris, perducatur nos ad vitam aeternam.

**Amen.**

*Vel:*

Qui missus es sanare contritos corde: Kyrie eleison.

**Kyrie eleison.**

Qui peccatores vocare venisti: Christe, eleison.

**Christe, eleison.**

Qui ad dexteram Patris sedes, ad interpellandum pro nobis: Kyrie eleison.

**Kyrie eleison.**

Misereatur nostri omnipotens Deus et, dimissis peccatis nostris, perducatur nos ad vitam aeternam.

**Amen.**

KYRIE

Kyrie, eleison.

**Kyrie, eleison.**

Christe, eleison.

**Christe, eleison.**

Kyrie, eleison.

**Kyrie, eleison.**

GLORIA

**Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Laudamus te, benedicimus te, adoramus te, glorificamus te, gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam, Domine Deus, Rex caelestis Deus Pater omnipotens, Domine Fili unigenite, Iesu Christe, Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris, qui tollis peccata mundi, miserere nobis; qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam tu solus Sanctus, tu solus Dominus, tu solus Altissimus, Iesu Christe, cum Sancto Spiritu: in gloria Dei Patris. Amen.**

COLLECTA

**Amen.**

LITURGIA VERBI

LECTIO PRIMA  
Verbum Domini.  
**Deo gratias.**

PSALMUS

LECTIO SECUNDA  
Verbum Domini.  
**Deo gratias.**

ALLELUIA

*Et dicitur submisse :*  
Munda cor meum ac l bia mea, omn potens Deus, ut sanctum Evang lium tuum digne v leam nunti re.

Dominus vobiscum.  
**Et cum spiritu tuo.**

Lectio sancti Evangelii secundum ...  
**Gloria tibi, Domine.**

Evangelium Domini nostri Iesu Christi.  
**Laus tibi, Christe.**

*Et sacerdos addit submisse :*  
Per evangelia dicta, deleantur nosta delicta.

HOMILIA

CREDO  
**Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia saecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de caelis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato; passus et sepultus est, et resurrexit tertia die, secundum Scripturas, et ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria, iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum et vitam venturi saeculi. Amen.**

ORATIO UNIVERSALIS  
SEU ORATIO FIDELIUM  
**Te rogamus, audi nos.**

LITURGIA EUCHARISTICA

Benedictus es, Domine, Deus universi, quia de tua largitate accepimus panem, quem tibi offerimus, fructum terrae et operis manuum hominum, ex quo nobis fiet panis vitae.  
**Benedictus Deus in saecula.**

Benedictus es, Domine, Deus universi, quia de tua largitate accepimus vinum, quod tibi offerimus, fructum vitis et operis manuum hominum, ex quo nobis fiet potus spiritalis.  
**Benedictus Deus in saecula.**

*Inclinatus altari, dicit submisse:*

In spiritu humilitatis et in animo contrito suscipiamur a te, Domine; et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placat tibi, Domine Deus.

*Et lavantes manus suas:*  
Lava me, Domine, ab iniquitate mea et a peccato meo munda me.

*Deinde populo:*  
Orate, fratres, ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem!  
**Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis ad laudem et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram totiusque Ecclesiae suae sanctae.**

ORATIO SUPER OBLATA  
**Amen.**

PREX EUCHARISTICA

D minus vobiscum  
**Et cum spiritu tuo.**  
Sursum Corda.  
**Hab mus ad D minum.**  
Gr tias ag mus D mino Deo nostro.  
**Dignum et iustum est.**

....

**Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt caeli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.**

....

Qui, pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, et elevatis oculis in caelum ad te Deum Patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens benedixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens: ACCIPITE, ET MANDUCATE EX HOC OMNES: HOC EST ENIM CORPUS MEUM, QUOD PRO VOBIS TRADATUR.  
Simili modo, postquam caenatum est, accipiens et hunc praeclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas, item tibi gratias agens benedixit, deditque discipulis suis, dicens: ACCIPITE ET BIBITE EX EO OMNES: HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI NOVI ET AETERNI TESTAMENTI: QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM.

Mysterium fidei.  
**Mortem tuam annuntiamus, Domine, et tuam resurrectionem confitemur, donec venias.**

....

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso est tibi, Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, omnis honor et gloria per omnia saecula saeculorum.  
**Amen.**

RITUS COMMUNIONIS

Praeceptis salutaribus moniti, et divina institutione formati, audemus dicere:

PATER NOSTER

**Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua, sicut in caelo et in terra. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo.**